

NvK an Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang zu Brixen. Er bekräftigt nochmals, dass der Konvent von Sonnenburg nur unter bestimmten Bedingungen zu absolvieren sei. Die vom Herzog präsentierte Kandidatin könne nur als neue Äbtissin eingesetzt werden, nachdem er sie persönlich angehört und geweiht habe. Im Fall der exkommunizierten Kanoniker könne er vorerst nichts unternehmen, da ihr Prokurator mit unzulänglichen Vollmachten zu ihm gekommen sei.

Or., Pap. (aut., Reste des Verschlussiegels): BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 12 N.

Kopie (J. Resch, 18. Jb.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms E 14 p. 79f.

Druck und Faksimile: Nicolaus cardinalis 18f.

Regest: Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCLXXXVI Nr. 129; Jäger, Regesten II 170.

Ern.: Sinnacher, Beiträge VI 469f.; Jäger, Streit I 313; Voigt, Enea Silvio III 345; Vansteenberghe, Cardinal 152; Meuthen, Die letzten Jahre 51, 163 Anm. 5.

Eternam salutem. Si priores litteras omnes, quas ad vos misimus, scilicet commissionem per d. Laurencium¹⁾ et instructionem de forma servanda in absolucione²⁾, recipistis, bene est. Tunc non dubito, res iuste expedita est. Nam nisi parito prius, ut habet commissio, absolucio solempnis quo ad conventum fuerit facta, magis incommodi et scandali sequetur, ut bene intelligitis. Et partim ex litteris domine administratricis³⁾, que sit mens ducis et conventus, intellexi. Si qua debet esse abbatissa, ego ipsam audire volo et mea manu benedicere. Per istas continuas deceptorias et continuatorias innovaciones amplius me non fallent. Dux elegit unam.⁴⁾ Si est reformata, intelligere non possum ex littera conventus sui.⁵⁾ Nam ducem nominat dominum monasterii Sonnenburg, principem, patrem et advocatum; ac invocatur iam contra me in littera, si littera intelligitur. Si nominata abbatissa est de observancia, quod nequam presumo⁶⁾, quomodo putat laicum habere potestatem faciendi abbatissam? Cur prius non est experta, an conventus sit absolutus et an ego ipsam benedicere velim? Sed hec est faccio antiqua et negocium dignum preposito Pataviensi.⁷⁾ Deinde adhuc in Sonnenburg est Rentel⁸⁾ etc., quomodo erit observancia laicis intra monasterium residentibus? Si igitur nundum (!) absolucio facta est quo ad conventum, maxime omnino non faciatis, nisi modo, quo scripsi, scilicet ipsis ad ecclesiam Beate Marie Bruneckam venientibus et publice iurantibus parere mandatis ecclesie et promittentibus obedienciam administratrici et observanciam carte abbatum.⁹⁾ Ob illa enim excommunicate sunt etc. Deinde administratrix resideat in monasterio et faciat officium suum. Si dux aliquam honestam de observancia michi presentare decreverit, dum ero propinquior, et spero hoc circa quadagesimam futurum, faciam, ut in pactis.¹⁰⁾ Sed sitis attentus, ne sinatis divina in loco prophano celebrare, scilicet in Sonnenburg, ante meam reconciliacionem.

In negocio canonicorum feci omnia, que promisi, et faciam.¹¹⁾ Per me non stetit neque stabit. Dixit michi Ernestus¹²⁾, procurator eorum, quod non haberet mandatum petendi absolucionem, sed pocius prohibicionem. Respondi: „Quare?“ Et dixit ad partem: „Quia H. Pomart impetrasset prebendam d. Stephani Steynhorn.“¹³⁾ Dixi ego: „Promisi, quod absolventur sine lesione honoris et sine dampno.“ Ideo hoc non habetis

4 facta: a.R. korrigiert statt gestr. absoluta. 29 sine²: ü.d.Z.

30 timore(m). Posui Pomart ad rationem, qui negavit. Et quia non vidi, quod vellent
absolvi, neque ego me obligavi, quod eos invitos facerem absolvi, expectavi hactenus.
Et puto me satisfecisse promissum. Tamen compacior ipsis, quia ducuntur malo consi-
lio. Interrogavi eciam procuratorem, si saltim haberet mandatum petendi absolucio-
nem a censuris per me illatis. Eciam dixit, quod non. Ita stant ista. Et nescio, quod
35 amplius per me faciendum sit.

Valete feliciter, et aliquociens rescribite, quia desidero litteras vestras. Ex Roma die
sancte Cecilie.

Vester N. cardinalis sancti Petri

Item velitis loqui Heller¹⁴), ut cessat ab inquietacione sororum. Ego spero circa
40 quadagesimam proprius accedere patriam, et tunc dabo ordinem, ut fiat, quod iustum
erit.

(*Adresse rückseitig:*) [Venerabili] nostro fideli dilecto magistro [Mic]haeli de Netz,
preposito beate Marie [in ambitu] Brixinensis.

42 Venerabili – 43 Brixinensis: *Adresse von der Hand des Peter von Erkelenz.*

1) Lorenz Blumenau, herzoglicher Gesandter in Rom.

2) S.o. Nr. 5770 (1458 Oktober 17) und 5781 (1458 Oktober 26).

3) Dieser Brief der Verweserin von Sonnenburg Afra von Velseck ist nicht erhalten.

4) Barbara Schöndorfer; s.u. Nr. 5913. Am 21. November 1458 stellte Hz. Sigismund ein Beglaubigungsschreiben für
seinen Hofmarschall Hans von Kronmetz zu Verhandlungen mit ihr aus; Notiz: INNSBRUCK, TLA, Cod. III p. 396
Nr. 586.

5) Nicht erhalten.

6) Ein Grund für das Misstrauen in die Regelobservanz der von Hz. Sigismund präsentierten Kandidatin könnte mit
ihrer Herkunft zusammenhängen: Barbara Schöndorfer stammte aus dem Benediktinerinnenkloster Nonnberg in
Salzburg, das sich 1453 erfolgreich gegen die von NvK initiierte Reform gewehrt hatte; s.o. Nr. 3447, 3543, 3677, 3790.

7) Siegfried Nothhaft, Dompropst zu Passau. Er war von Hz. Sigismund mit der Suche nach einer neuen Abtissin
betraut worden; s.o. Nr. 5745.

8) Paul Rentel, Pfleger von Wiesberg. Er befehligte die herzogliche Söldnertruppe im Kloster Sonnenburg; s.o. Nr. 5714,
5757. Zuvor war er einer der Hauptakteure beim versuchten Überfall auf NvK; s.o. Nr. 5282, 5286.

9) S.o. Nr. 4248.

10) S.o. Nr. 5725.

11) Der Streit um die exkommunizierten Brixner Domherren Wolfgang Neundlinger, Christian von Freiberg und
Stefan Stainborn war im August 1458 in Brixen verhandelt worden, ging jedoch nicht in den Vertragstext ein; s.o. Nr.
5724 Z. 10-16, 5725.

12) Vermutlich Ernst Rietenberger, herzoglicher Rat und Küchenmeister; s.o. Nr. 5307 Anm. 14. Er erwirkte am 16.
Oktober 1458 ein päpstliches Beichtprivileg für sich und seine Frau Margarethe; Notiz (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat.,
Reg. Vat. 468 f. 399f; Regest: Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 161 Nr. 1104. Vgl. oben Nr. 5770 Anm. 4.

13) Dass sich Heinrich Pomert um die Brixner Domherrenpfünde des Stefan Stainborn bemüht habe, ist sonst nicht
bekannt. Offenbar wusste auch NvK nichts davon; s.u. Z. 30.

14) Womöglich der Eichstätter Generalvikar Johannes Heller; s.o. Nr. 4062 Anm. 3.